



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

XI. Vt de haereticis & infidelibus quidquid in Concilio constituitur, a principe impetretur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

368 INNOCENTIVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP.

hanc sedem pro Concilio datæ literæ fuerint, con-  
gregandam esse Synodum in ea prouincia, vbi op-  
portunitas persuaserit. Causæ autem quæ commu-  
nes non sunt in suis prouinciis iudicentur.

X.

Cod. Can.  
cap. 106.  
§. vlt.  
Conc. Afr.  
c. 73. §. vlt.

Placuit etiam peti, vt omnium episcoporum e-  
pistolis omnibus, de Concilio dandis, sanctitas tua  
sola subscribat.

XI.

Cod. Can.  
& Conc.  
Afr. cod.  
cap.

Placuit & illud aduersus hæreticos vel paganos,  
vel eorum superstitiones, vt legati missi de hoc glo-  
rioso Concilio, quidquid vtile prouiderint a glo-  
riosissimis principibus impetrent.

XII.

Cod. Can.  
cap. 103.  
Conc. Afr.  
cap. 70.

Placuit etiam & illud, vt preces vel orationes seu  
Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præ-  
fationes, siue commendationes, seu manus imposi-  
tiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino  
dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tra-  
ctatæ, vel comprobatae in Synodo fuerint, ne forte  
aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per  
minus studium sit compositum.

XIII.

\* Palentinus episcopus dixit : Si permittit bo-  
num patientiæ vestræ, prosequar ea quæ necessaria  
sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim, sic inuio-  
late permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita vt  
nullus fratum prioribus suis se aliquando auderet  
anteponere, sed officiis \* legitimis id semper exhibi-  
tum est prioribus, quod ab insequentibus rationa-  
biliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat  
fan-